





Gospel for the Beheading of St. John the Baptist


Tonus antíquior


D  Ominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ritu tu-o. V̄. Sequénti-a Sancti


 Evangé-li-i secúndum Marcum. R̄. Glóri-a tibi Dómine.

I  -n illo témpore: Mi-sit Heródes, ac ténu-it Jo-ánnem, et vinxit e-um

 in cárcere propter Herodi-ádem uxórem Phi-líppi fratris su-i, qui-a dú-


 xerat e-am. Dicébat enim Jo-áñnes Heródi: Non licet tibi habére uxórem

 fratris su-i. Heródi-as autem insidi-abátur illi, et volébat occídere e-um,


 nec póterat. Heródes enim metu-ébat Jo-ánnem, sci-ens e-um virum jus-

 tum et sanctum: et custodi-ébat e-um, et audíto e-o multa faci-ébat, et


 libénter e-um audi-ébat. Et cum di-es opportúnus accidísset, Heródes




natá-lis su-i coenam fecit princípibus, et tribúnis, et primis Ga-liláe-æ. Cum-




que intro-ísset fí-li-a ipsí-us Herodí-adis, et saltásset, et placu-ísset Heró-




di, simúlque recumbéntibus; rex a-it pu-éllæ: Pete a me quod vis, et dabo




ti-bi. Et jurávit illi: Qui-a quidquid pe-tí-eris dabo tibi, licet dimídi-um




regni me-i. Quæ cum exísset, dixit matri su-æ: Quid petam? At illa dixit:



Caput Jo-ánnis Baptístæ. Cumque intro-ísset sta-tim cum festina-ti-óne ad




regem, pe-tívit, dicens: Volo ut prótinus des mihi in disco caput Jo-ánnis




Baptístæ. Et contristátus est rex: propter jusjurándum, et propter simul



discumbéntes nólu-it e-am contristáre: sed misso spiculatóre, præcépit




afférri caput ejus in disco. Et decollávit e-um in cárcere. Et áttu-lit



caput ejus in disco: et dedit illud pu-éllæ, et pu-élla dedit matri su-æ.



Quo audíto, discípu-li ejus venérunt, et tulérunt corpus ejus: et posu-érunt



illud in monuménto.